Czyrzyckowii Andr. Augustini: Quaestio physica de possibilitate existentiae mundi ab aeterno.

✠

In Nomine Domini, Amen.

QVÆSTIO PHYSICA
DE
Posſibilitate Exiſtentiæ Mundi ab æterno

SVB FELICIBVS AVSPICIIS

Magnifici, Perilluſtris, & Adm: Reuerendi Domini,

D. M. ALBERTI PAPENKOWICZ VSTIEN:

S. TH: DOCTORIS, & PROFESSORIS, eiuſdemq; Facultatis Decani Protonotarii Apoſtolici Eccl: Collegiatæ S. Floriani, ad Cracouiam PRÆPOSITI, Contubernii Staringeliani PROVISORIS, Studii Almæ Vniuerſitatis Cracouienſis.

VIGILANTISSIMI & GENERALIS.

RECTORIS

A

M. ANDREA AVGVSTINO CZYRZYCKOWIC.

Philoſophiæ Doctore & Profeſs: Cont: Hieroſolym: Sen:

Pro Collegio Minori

In Lectorio DD. Theologorum.

PVBLICÈ ad DISPVTANDVM.

PROPOSITA 4.

Anno Domini 1680. Die 23. Martij Hora 14.

CRACOVIÆ,
In OFFICINA FRANCISCI CEZARI, S. R. M. Typogr.

QVÆSTIO

V. Mundus secundùm Entia Realia, tàm Permanentia, quàm Successiua, ab æterno productus sit, aut saltim produci potuerit, de Absoluta DEI Potentia; nùm Verò Certò tempore, & quo, nec ne?

CONCLVSIO I.

MVndus nec secundùm Entia Permanentia, nec secundùm Entia Successiua, fuit ab æterno productus.

COROLLARIA.

I. Nullum successiuum vt Motus, & Tempus, vel alia quæ successiuè acquiruntur ab æterno esse potuerunt.

II. Generationes Substantiales, quæ fiunt cum Motu, non possunt esse ab æterno.

III. DEVS, in Instanti Initiatiuo, non Continuatiuo produxit Mundum, quod tantum Principium est temporis, & non Finis præteriti.

IV. Mundus quoad sua Substantialia videlicet Cœlum Empyreum, & Sydereum, Elementa, & Angelos in Instanti, & simul productus est.

V. Etiam Aristoteles verè agnouit Mundum esse productum.

CONCLVSIO II.

POterat Mundus produci à DEO, ab æterno, secundùm Entia Permanentia.

COROLLARIA.

I. Productio hæc, nomine proprio vocatur Creatio.

II. Crea-

II. Creatio non est Relatio Realis in Creatore, debet tamen esse aliquid Realitèr in Creatura Intrinsecè existens.

III. Lumine Naturæ, non potest demonstrari Creatio, quæ Aristoteli incognita aliquo modo fuit.

IV. Mundus hic, ex Corporibus Superioribus, tàm Simplicibus, quàm Compositis constans, est verè Creatus à DEO.

V. Creatio Materiæ primæ non præcessit Mundum, cùm per simplicem Emanationem, ex nullâ subiecta & præiacente Materia, simul totus productus est.

CONCLVSIO III.

CVm dicimus Mundum ab æterno non fuisse factum, nec de bonitate, nec de Potentia Opificis quidquam detrahimus, sed asserimus, æternitatem, non posse attribui Conditioni Mundi istius.

COROLLARIA.

I. Mundus Vniuersim in suo Esse, & quoad omnes Collectim Partes, est perfectus in suo Genere.

II. Potuit tamen DEVS facere Mundum perfectiorem, & meliorem, quam præsens est, non tantum quoad Substantiam, sed etiam quoad Accidentia, idq; non solum Absolutè, sed etiam Supposito quocunq; fine à DEO præfixo.

III. Mundus si spectetur in eo modus, quo à DEO est productus, & Finis, ad quem ordinatur, non potest esse perfectior, quam sit de facto.

IV. Non implicat posse produci à DEO plures Mundos, siue Specie, siue Numero, ab hoc nostro differentes.

V. Licet Mundus includat in se Naturas dissimiles, tamen Totalitate, & Integratione, est Vnus.

CON-

CONCLVSIO IV.

MVndus productus est, certo tempore, liberè, per beneplacitum Diuinæ Voluntatis.

COROLLARIA.

I. *Cautè audiendus est Aristoteles, qui dicebat DEVM ex necessitate Naturæ produxisse Mundum.*

II. *Probabilius est Mundum fuisse Creatum, non in Autumno, sed in tempore Verno, & quarta die, Solem productum in signo Arietis, indeq; Motuum suorum sumpsisse initium.*

III. *Vniuersa hæc Mundi Moles successiuè non pluribus, quam sex diebus distinguebatur.*

IV. *Conueniens Videtur, hæc Prouidentia DEI successiua per sex dies Mundi visibilis Ordinatio.*

V. *De Facto Mundus in eo Statu, in quo est perpetuò durare posset, etiam cùm Solo Concursu DEI Generali, Absolutè tamen loquendo, non durabit, nisi ad diem Iudicij, in Fine sæculorum futurum, juxta beneplacitum Diuinæ Voluntatis.*

Ad Majorem DEI Gloriam.



Permissu Magnifici Domini

RECTORIS.

~~Czyrzyczkowic Andr. Aug.~~

~~Quaestio physica de possibilitate existentiae mundi ab aeterno.~~